

derit cap. ex literis 7. eod. & ibi Gonzal. num. 5. Nicolaus de Passerib. de script. priv. lib. 1. q. 6. pr. dub. 4. n. 1. & seqq. Stryck in Vol. 1. differ. Francofurt. 6. cap. 2. n. 1. & seqq. & n. 12. & seqq. 148 Num verò locus, dies, annus, & mens censetur esse pars substantialis? Dubitari quidem potest; attamen, ut habet cit. Stryck d. cap. num. 6. omnis scriptura. ex qua infallibilis probatio desumenda, mensem, diem, annum, locum, continere debet; & si ibi reperitur rasura, scriptura est suspecta, ut loquitur Nicolaus de Passerib. d. l. dub. 2. n. 7. consentiente eodem Stryck de Camel. contr. sect. 1. cap. 6. §. 4. Trentacinq. de fide instr. resol. 11. n. 3. 149 Scificitaberis: quid obtineat, quando Instrumentum est perditum, si testes adsint, qui tenorem Instrumenti se scire, asserunt? Resp. I. si testes adsint, qui vel in Instrumento sunt nominati, vel alias factò, quod expresse erat in Instrumento, interfuerunt, illos, si exceptione nullà laborent, plenam fidem facere; utl & Notarius faciet, qui condidit Instrumentum, & adhuc superites est. P. Engel h. l. n. 52.

Resp. II. si testes adsint, qui neque in Instrumento sunt nominati, neque factò, quod ibi narratur, erant presentes, sed tamen asserunt, se tenorem Instrumenti deperditū legitime, nec ullam falsitatis suspicionem deprehendisse, causam per hoc solum plenè probatam non esse. P. Engel h. l. n. 53. contra multos. Ratio est: quia non censetur causa plenè probata, quando Notarius publicus, qui non confecit originale, copiam inde transmittit ex num. 95. Ergo nec plenè probata censetur causa, quando testes, qui non interfuerunt negotio vel Instrumento, de illius tenore testantur. Sicut enim non Notarii, sed Judicis est, Instrumentum originale recognoscere; quòdve authenticum sit, decidere: sic non testium, sed Judicis erit, decernere, num Instrumentum, quod amissum asseritur, fuerit authenticum. Et ideo, tamen testium assertio probet, Instrumenti tenorem hunc vel illum fuisse; nullatenus tamen probat, ea vera & authentica esse, quæ in Instrumento legerunt aut deprehenderunt.

CAPUT VII. De Jurejurando.

Quarta Probationis species est Jusjurandum, de cujus religione pridem asseruit Jctus Cajus in l. 1. ff. h. l. quòd sit maximum remedium expediendarum litium. Quia tamen Jusjurandum considerari potest vel in genere, vel in suis speciebus: primò de Jurejurando in genere; postea de speciebus agemus.

SECTIO I. De Jurejurando in genere.

SUMMARI A.

- 1. Jurisjurandi etymologia. 2. Synonyma. 3. Definitio. 4. Est invocatio Divini Nominis. 5. & seq. Non idolorum. 7. Aut creaturarum. 8. In testimonium veritatis. 9. Dicitur aut promissis nostris concilianda. 10. Est licitum. 11. Jusjurandum prestat, qui potest rationis usi. 12. Et habet intentionem jurandi. 13. Impubes non facile permittuntur jurare. 14. Nec cbrui. 15. Aut perjuri. 16. Vel Sacerdotes. 17. Objectum Juramenti assertoris est factum profans aut prateritum. 18. Objectum Juramenti promissorii est factum aut non-factum futurum. 19. Quod non debet esse inhonestum aut injustum. 20. Nec indifferens. 21. Formula Juramenti. 22. Alia certa, alia dubia. 23. & seqq. Interpositio fidei Nobilis aut Principalis aequivalens Juramento. 26. Formula promittendi in vim Juramenti est Juramentum. 27. Assignantur tres comites Juramenti. 28. Veritas. 29. Judicium. 30. Et Justitia. 31. Quibuscum Juramen-

- tum licitè prestat. 32. Effectus Juramenti cujuscumque est obligatio Religioni. 33. Juramentum promissorium producit etiam obligationem justitiae. 34. Qui effectus ad heredes transit. 35. Non item obligatio Religioni. 36. & seqq. Juramentum promissorium non potest vestire palla nuda. 39. Utrum possit confirmare actus invalidos? Controversiunt. 40. Certum est, quod actus Jure Naturæ vel Divinò invalidos; 41. Vel Jure humano absolute irritatos; 42. Aut negotia, quæ pro objecto habent actum irritatum; 43. Aut contractus, ob injuriam alterius rescindibiles, nequeat convalidare, vel irrefcindibiles facere. 44. & seq. An autem convalidare queat actum, in favorem solius jurantis irritatum? Quæstio vertitur. 46. & seqq. Referuntur affirmantes & affirmantium fundamenta. 50. & seqq. Adducuntur negantes, & negantium argumenta. 64. Eligitur sententia media. 65. Quando Juramentum dicitur ferri in contrarium de presenti, ipsum non

non confirmat. 66. Quando ferri in contrarium de praterito, ipsum non confirmat in ratione contrarii; sed Juramenti tantum. 67. Additur explicatio. 68. Removetur oppositio. 69. Juramentum strictè interpretandum. 70. Non obligat ultra dispositionem Juris. 71. & seqq. Sequitur narratum aliis, cui apponitur. 74. &

seqq. Debet explicari juxta conditiones tacite imbibitas. 79. & seqq. Illius obligatio cessat, quando sit esse impossibilis. 82. Item per commutationem. 83. Irritationem. 84. Aut relaxationem legitimi Superioris. 85. & seq. An possit fieri relaxatio Juramenti à Magistratu Saculari?

§. I.

Quid sit Jusjurandum?

Jusjurandum, seu, ut brevius scribunt & dicunt plerique, Juramentum, quoad etymon suum est compositum ex jure, & jurando, quod videlicet id, quod juratur, pro lege & jure custodiendum sit; vel quasi jure suo pro vero sit habendum, quod Divinò testimonio confirmatur; vel quasi pro jure sacro sit tenendum, quod DEO teste & Judice stabilitum est. Gonzalez in comment. ad cap. epi Chrisstus 26. h. l. n. 7.

2 Dicitur aliò vocabulò Sacramentum cap. omnes dies 1. de Fer. Auth. Sacrament. pub. Cod. Si adversus vendit. quia attestationem sacram, seu invocationem Divini testimonii habet annexam. Gonzalez in not. ad d. cap. omnes dies n. 12. qui tamen ad cit. cap. epi Chrisstus n. 7. ex Alciato quandam differentiam inter Juramentum & Sacramentum refert, quòd illud denotet quodcumque dictum vel assertum juratum; hoc specialiter significet asseverationem religiosam, super re sacra, Libro Evangeliorum, Altari, vel Reliquis SS. præstitam.

3 Definitur, quòd sit invocatio Divini Nominis in testimonium veritatis, dicitis aut promissis nostris concilianda. Dixi I. invocatio Divini Nominis. In quibus terminis ostenditur I. essentia Juramenti, quæ consistit in invocatione seu productione & attestatione Divini Nominis, per quam principaliter à voto distinguitur. II. ostenditur, Juramentum, quod Ethnici per suos Deafros, præstant, carere jurisjurandi Religione: neque enim infallibilem dicitis aut sponsonibus fidem tribuere possunt inania idola, quæ

ipsa non nisi figmenta & chimæe sunt; neque quicquam obstante cap. movet te 16. XXII. q. 1. ubi talis juramenti violatio pro perjurio reputatur: id enim intelligitur de conscientia ipsorum erronea, quæ veram Divinitatem in idolis sibi confingunt. III. ostenditur, nec per creaturas jurare concessum esse, præterquam cum ordine & relatione ad creatorem, seu primam Veritatem cap. Clericum 9. & cap. seq. XXII. q. 1. nam etiam creatura in se defectibiles, erroribus & inconsistentiæ sunt subjectæ. Clariss. D. Franz in Quaest. Select. q. 19. n. 10. & 11.

Dixi II. in testimonium veritatis. Quando enim non satis fideitur aut verbis aut promissis nostris, ad faciendam fidei plenitudinem DEUM in testimonium Veritatis imploramus, quasi videlicet tam verè dicamus, aut promittamus, quam verè DEUS verax est, fallere & falli nefcuis.

Dixi III. dicitis aut promissis nostris concilianda. Nam omne Juramentum vel adhibetur ad confirmanda verba & asserta, vel ad roboranda promissa. Illud Juramentum assertorium; hoc Promissorium appellatur.

Quòd dicitur dubites: an etiam Verum DEUM in testimonium veritatis invocare, sicque jurare liceat, ob textum apud D. Math. cap. 5. §. 34. ibi: nolite jurare etc?

Resp. affirmativè per textum alium Dent. 6. §. 13. & Ps. 62. §. 12. quia Juramentum est actus religiosus ac meritorius; textusve contrarius est solum intelligendus de Juramento, suis comitibus destituito cap. epi 26. h. l.

§. II.

Quis possit Jusjurandum præstare?

Jusjurandum præstare potest, qui habet rationis usum arg. cap. pueris 1. de Delict. pæcor. & simul intentionem jurandi. Si enim jurans tantummodo fingat, se jurare, licet in externo foro pro jurante reputetur; attamen coram DEO, qui corda scrutatur, juras non censetur cap. humana aures II. XXII. quest. 5.

cap. parvuli 14. & cap. seq. d. XXII. q. 5. cap. testes 1. IV. q. 2. Vix enim Juramenti arduitatem, & reverentiam Numini debitam, intelligere & pensare nofcuntur.

Quòd dicitur intentionem quidem jurandi habeat, non autem animum servandi Juramentum, nihilominus in utroque foro tenetur servare Juramentum: cum, qui DEUM in testimonium cavet, teneatur impedire, ne, Juramenti Religione contemptà, ipsum falsitatis testimonium efficiat. P. König h. l. n. 8. & seqq.

Tales sunt II. non-jejuni cap. honestum 16. 14. XXII. q. 5. & arg. cap. placuit 2. IV. q. 2. cap. placuit 1. de Testib. ut nempe majori cum circumspetione Divina Veritas in testimonium advocetur. Quæ tamen constitutio vel est actus solius consilii, non præcepti; vel de jejuni latius accepto, quatenus excludit ebrietatem & crapulam, intelligi debet. Gonzalez ad cit. cap. placuit de Test. n. 2.

Quædam verò personæ non tam facile permittuntur jurare. Tales sunt I. impuberes

Tales sunt III. perjuri, quibus modica vel omninò nulla fides est, quando agitur de probatione in ordine ad tertium d. cap. parvuli 14. ff. §. XXII.

XXII. q. 5. cap. quicumque 88. Vl. q. 1. quoniam semel perjurus, semper censetur esse perjurus per cap. semel malus 8. de R. F. in 6.
16 Tales sunt IV. Sacerdotes, quos ob digni-

tatem status non decet, absque urgenti causa, & coram Judice Sæculari jurare cap. si quis Presbyter 4. ll. q. 5. cap. nullus 22. XXII. q. 5. cap. inhærentes 1. de Juram. calum.

§. III.

Quodnam sit objectum Jurisjurandi?

17 **O**bjectum Juramenti assertorii est factum, aut non-factum, præteritum aut præsens, de quo, si proprium sit, jurans moralem quandam certitudinem habeat; sin alienum sit, credulitatem seu conjecturam probabilem habeat, oportet, ne cæteroque Juramentum temerè præstetur arg. l. videamus 4. in pr. ff. de in Lit. jur.

18 **O**bjectum Juramenti promissorii est factum vel non-factum futurum, possibile, & honestum: quod enim jam factum est, frustra, ut fiat, promittitur; &, quod factum impossibile est, ne quidem, ut fiat, promitti potest; &, quod inhonestum est, cum fieri non permittatur, Religionem Juramenti, quod non est vinculum iniquitatis, non producit cap. quanto 19 per personam 18. h. tit. Unde Juramentum,

quod obviat bonis moribus, inducit anam peccandi, offendit Rempublicam & bonum publicum, tertio præjudicium infert, non tantum illicitum, sed etiam invalidum est per textum apertos in cap. cum quidam 12. q. illi vero & c. cap. sicut ex literis 13. cap. verum 15. cap. ad nostram 21. cap. ea se 22. cap. sicut nostris 27. cap. cum contingat 28. cap. intellectu 33. h. tit. Quin & si rem indifferentem juratò promissoris, v. g. quod non velis incedere vestibus rubris, sed citrinis aut violaceis; quod non velis lavare manus; quod non velis fenestras claudere &c. per se loquendū nulla inducitur obligatio: cum neque DEO acceptum, neque hominibus placitum aut gratum sit tale Juramentum. P. König ad h. tit. num. 13.

§. IV.

Quanam sit forma Jurisjurandi?

21 **F**orma Juramenti potest spectari in formula jurandi, & comitibus. Formula jurandi taliter comparata esse debet, ut DEUS vel explicitè vel implicitè in testimonium veritatis invocetur.

22 **E**x hujusmodi formulis quædam sunt certæ; quædam dubiæ. Certæ sunt, quæm verè DEUS est DEUS; DEUS sit seipis; Imo per DEUM: sic me DEUS adjuvet &c. Incertæ sunt: DEUS sit; coram DEO loquor; Per meam conscientiam &c. de quibus ante omnia considerandus est animus jurantis, qui colligitur ex circumstantiis & consuetudine locorum. Confer P. König cil. l. à n. 20.

23 **D**e illa jurandi formula, quæ Nobiles, Principes, Sacerdotes, Clerici, fidem Nobilem, Principalem, Sacerdotalem, Clericalem, interponunt, bey Abdelich; Fürst; Pfister; oder Geistlichen Würden / Ehren / Treu x. dubitatur, an vim Juramenti contineant? Et, puto cum laudato P. König sub n. 23. quodd, licet talis interpositio fidei formaliter non sit Juramentum, nec perjurium inducat, cum neque explicitam neque implicitam Divini Numinis implorationem habeat adjunctam; nihilominus virtualiter & æquivalenter pro Juramento reputetur in ordine ad firmitatem & robur negotiis conciliandum. Idque demonstrant partim textus in cap. si quis Presbyter 4. ll. q. 5. cap. ad aures 3. ibi: nisi forte Juramentò vel fide interposita &c. de his, qua vi move causa &c. cap. pervenit 2. in fin. ibi: si religionem fidei & juramenti &c. de Fidejussor. partim communis hominum persuasio, quæ credunt, interpositionem fidei apud Nobiles,

Principes, Sacerdotes, Clericos, corporali Juramento æquivalere. Quodd autem in 25 cap. commissum 16. de Sponsal. interpositio fidei & præstatio Juramenti, tanquam actus diverſi, referantur, nil obest: ibi enim interpositio fidei tantum simplex, hoc est, nuda promissio, non qualificata, hoc est, cum expressione dignitatis & status, facta supponitur.

Alia jurandi formula est, quæ moribus ho-26 diernis persæpe quis in vim Juramenti, an Eydès statt; aliquid promittere tenetur. Per hanc existimat Stryck in usu mod. Pand. ad h. tit. §. 14. verum Juramentum effici: quia in vim Juramenti promittens, & sciens, quid sit Juramentum, tacitè DEUM invocasse censetur in testimonium veritatis.

Comites Juramenti tres numerantur, Ve-27 ritas, Judicium, & Justitia cap. animadvertendum 2. XXII. q. 2. cap. est Christus 26. h. t. conformiter SS. Literis, in quibus Ferem. cap. 4. v. 2. legitur: jurabis, vivis Dominus, in Justitia, in Judicio, & Veritate. Veritas itaque re-28 quiritur, quia jurans in Juramento assertorio credere debet, id, quod jurat, veritatis consonum esse; &, in Juramento promissorio, debet habere animum, adimplendi promissum. Judicium desideratur: quia, ne temerè jure-29 tur, & nomen Domini in vanum assumatur, jurans pendere debet, an sufficientem jurandi causam habeat? Justitia postula-30 tur: quia objectum Juramenti, sicut antea resolutum, debet esse honestum, bono tertii vel Reipublicæ non adversum. His Co-31 mitibus si Juramentum sit instructum, non tantum licitè, sed etiam meritorè præstatur per

per cit. cap. est Christus 26. h. t. & ea, quæ deduxerunt Magnif. D. P. König ad h. t. num. 6.

& Clariff. D. Franz in Quib. select. q. 19. n. 1. & seqq. dictumque supra in m. 10.

§. V.

Quisnam effectus sit Jurisjurandi?

32 **E**ffectus Jurisjurandi tam assertorii, quam promissorii est obligatio Religionis, quæ jurans obstringitur, seu dicendò seu promittendò id efficere ex sua parte, ne Veritatem primam & Increatam in testimonium falsi adducat, ni perjurii reatum contrahere velit.

33 **E**ffectus Jurisjurandi promissorii peculiaris est, quodd præter obligationem Religionis obligationem justitiæ producat, jurantemque obstringat ex rigoroso jure ad præstandam & implendam promissionem: si enim promissio simplex involvat obligationem justitiæ, cur jurata non involvat, utpotè quæ non additur obligationis infirmantæ, sed augendæ causâ?

34 **E**t hic effectus etiam transit ad hæredes, tam jurantis, quam illius, in cujus gratiam est juratum, adeò ut illi, non minùs quam defunctus, teneantur exequi, quod juratò promissum est; & hi jus petendi rem aut factum promissum habeant per cap. veritatis 14. h. t. cap. si hæredes 6. de Testament. in fin. cap. ex parte 18. de Conſtr. l. si pactum 9. ff. de Probat. l. si quis rem 2. §. 2. ff. de Pollicitat. l. veteris Juris 13. Cod. de Contrah. stipulat.

35 **E**ffectus autem anterior, seu obligatio Religionis, cum solum jurantis conscientiam afficiat, ac, ne DEUM in testem falsi adducat, obstringat, nequit alienam conscientiam innodare. Est enim alias indubitatum principium, obligationem circa spiritualia sine proprio consensu non posse contrahi. Panormitan. ad cap. veritatis 14. h. t. n. 3. P. König h. t. n. 31. Pirhing ibid. n. 145. & seqq. Reiffentuel ibid. n. 103.

36 **Q**æritur nunc I. num Juramentum promissorium vim habeat, pacta & promissiones nudas veltiendi, & actionem civilem producenti?

Resp. sententiam negativam, in quam jurant Fachin lib. 2. controuv. cap. 100. Zoëlius ad ff. h. t. n. 86. Wiestner ad tit. de Pall. n. 10. 37 valde probabiliter defendi. Ratio est: quia Juramentum promissorium eam vim non habet ex natura sua: quippe quod plus non efficit, quam ut servetur, quod juratò promissum est; non etiam imperat, ut efficaciter possit exigi; neque etiam ex dispositione Juris eam vim accipit. Nam textus in l. jurisjurandi 7. in pr. ff. de Oper. libert. l. ult. in pr. ff. de Liberali caus. l. si quis 56. in pr. ff. de Fidejussor. in quibus admittitur actio ex promissione jurata, loquuntur de casu speciali, quò libertus Patrono suo quidpiam juratò promittit; sicque per hanc exceptionem firmatur regula in casibus, non exceptis.

38 **Q**æritur II. & longè difficiliùs: an Juramentum habeat vim, confirmandi actus, de Jure invalidos? In hac tamolâ questione, ut

securiori pede progrediamur, separanda sunt certa ab incertis. Itaque Certum est I. Juramentò non confirmari; 39 actus, de Jure Divinò vel Naturali invalidos. Si enim, qui v. g. laborat impotentia conjugali, promittat sponsalia juratò, sponsalia sunt & manent invalida: quia nimirum Juramentum non potest inducere vinculum adstringens ad aliquid illicitum & invalidum præstandum, & ad Matrimonium, contra Jus Naturæ contrahendum per cap. quanto personam 18. h. t.

Certum est II. Juramentò non confirmari actus, Jure positivò, seu Canonico seu Civili, absolute prohibitos & annullatos. Adeòque si Prælatus Ecclesiasticus rem immobilem Ecclesiæ sine solemnitatibus alienet, ac, quodd alienationem revocare non velit, juratò sponſione se obliget, nec alienatio convalescit, nec facultas revocandi admittitur per cap. pervenit. 2. h. t.

Certum est III. neque tunc Juramentò 41 confirmari actus, Jure positivò humanò irritatos, quando pro objecto habent ipsùm actum, Jure positivò humanò irritatum. E. g. Si minor juraret, quodd velit avitam domum absque curatore interveni & decreto Magistratus vendere, non tantum promissio non firmaretur, sed neque Juramentum servandum foret: obligaret enim ad actum, contra Legis prohibitionem ponendum; sicque vinculum iniquitatis existeret contra cit. cap. quanto personam 18. h. t.

Certum est IV. actum, Jure positivò quiddem validum, sed tamen ob injuriam alterius, metum v. g. inferentis, aut dolose circumvenientis rescindibilem, non fieri rescindibilem ex adjectione Juramenti per cap. si verò 8. cap. verum 15. cap. cum contingat 28. cap. sicut 29. h. t. cap. ad audientiam 4. de Lit. qua vi metusve causa &c. cap. quamvis 2. de Pall. in 6. cæteroque homines dolosè & improbi ex sua iniquitate non modicum commodum reportarent.

Tota itaque controversia movetur de Juramento, quod adicitur actui, de Jure humanò in favorem solius jurantis irritatò, ac solum non-usum juris proprii pro objecto habenti, an actum illum irritum ac convalescet in ordine ad producendam actionem, atque si nunquam à LL. irritatus esset? Ut ecce! 44

Lege Juliâ est irritata alienatio fundi dotalis à marito, consentiente etiam uxore, facta pr. Jusf. Quib. alien. non licet. l. un. §. 15. Cod. de R. II. A. Ponejam, fundum dotalem à marito venditum, atque ab uxore non tantum consensum, sed etiam Juramentum interpositum esse, quodd fundum non amplius velit revocare: 45 Quæritur, an alienatio per Juramentum resu- mat

mat vires, illique, in quem fundus est alienatus, non tantum exceptionem contra quemcunque repeteret volentem tribuat, sed etiam dominium unicum pullulante exin rei vindicatione conferat?

46 Prima & communior sententia Canonistarum affirmat cum Panormitan. in *cap. cum contingat* 28. h. t. n. 8. Covarruv. in *cap. quomodo* 2. de *pañ. in 6. p. 2. §. 1. n. 17.* Engel. h. t. n. 12. Pirhing. h. t. n. 132. König. eod. tit. n. 35. Eamque usum & praxi servari, ex Gomezio, Oddo, & Franzio testatum facit Clariff. D. Franz. cit. g. 19. n. 21. in *fin.*

47 Fundamentum hujus sententiae sunt I. *Auth. Sacramenta puberum Cod. Si advers. vendit.* in qua Fridericus Imperator *Sacramenta puberum, super contrahibus verum suarum non retrahendis, in 4. violabiliter custodiri jubet.* II. *cap. cum contingat* 28. h. t. ubi propositus antea casus de alienatione fundi dotalis sic deciditur, quod mulieres debeant servare Juramenta, nec possint dotalem fundum, cum interpositione Juramenti alienatum, revocare.

III. d. *cap. quamvis* 2. de *Pañ. in 6.* ubi Bonifacius VIII. statuit, pactum, quod filia hereditati paternae renuntiat, à Jure Civili quidem reprobari, nempe in l. ult. ff. de *Suis & legit. hered. l. ult. Cod. de Pañ. l. pactum* 3. *Cod. de Collat.* servandum esse, si Juramento, nec vi nec dolo praestitum fuerit.

50 Altera sententia, quam defendunt Perez ad *tit. Cod. de R. C. n. 8.* Franzk. *lib. 2. resol. 6. n. 9. & segg.* Gletle *part. 2. Pand. cap. 3. n. 15. & segg.* Wiestner ad *h. t. à n. 78.* probatur unica, sed efficacitate: quia, si Juramentum confirmaret actum invalidum, deberet vim confirmandi habere vel ex natura sua, vel ex interpositione Juris.

Non primum: quia Juramentum potest esse validum & obligatorium, etiam si non confirmet actum, cui apponitur, ut patet in debitoribus, uturas promittente, cujus promissio manet invalida, licet Juramentum, quod adjicitur promissioni, valeat

22 juxta *cap. debitoribus* 6. h. t. Non secundum: quia Jus positivum Civile antiquius etiam ipsum Juramentum, actui invalido adjectum, annullat l. *Furisgentium* 7. §. 16. ff. de *Pañ. l. non dubium* 5. §. 1. *Cod. de LL.* Jus verò Civile novius, uti & Canonicum, si eandem vim Juramento tribuisset, id fecisset in textibus, paulo ante recitatis. Atqui in istis textibus eadem vis non tribuitur Juramento.

Nam, ut incipiam ab *Authentica Sacramenta puberum*, illa ne verbulo quidem dicitur, contractum invalidum, additò Juramento, confirmari: praeterquam enim, quod de contractibus validis (sicut ex rubrica *tit. ubi agitur de rescissione venditionis, & ex verb. super contrahibus non retrahendis*, eruitur) loquitur, in super expressum vult non contractus, sed *Sacramenta* seu Juramenta servari. Sunt autem diversissima, contractum servari, vel Juramentum servari: dum Juramenti servatio solum Juramenti obligationem supponit; implementum contractus verò illius valorem praerequirat.

Neque reponas: hæc explicatio transmissa, sequi, quòd Fridericus in *cit. constit.* nil novi constituerit: cum, quòd contractus, Juramento vallati, evadant irrefcindibiles, jam antehac in l. *minor* 1. *Cod. si advers. vendit.* constitutum fuerit. Enim verò de essentialibus novæ constitutionis haud est, novi quidpiam excogitare; sed satis est, si jus antierius magis declararetur per *cap. quia in causis* 7. de *Procurator. l. ult. in pr. & §. 1. Cod. de LL.* Et, si de substantia id foret, non deesset *cit. Authentica* quaedam novitas, dum universim de omnibus contractibus, à minore initis, disponit, quòd adjectione Juramenti fiant irrevocabiles; e contra *cit. l. minor* 1. solum de venditione rei immobilis, à minore facta, meminuit.

Veniendò ad *cap. cum contingat* 28. h. t. illud similiter non dicit, alienationem fundi dotalis per appositum Juramentum revalidari, sed, ut mulieres Juramenta, *si vi & dolo praestita*, servent; imperat: *cum in alterius prejudicium non redundant, nec observata vergent in dispendium salutis aeternae.* Si dicas: Juramentum, vi & dolo praestitum, servandum esse ex virtute Religionis *cap. ad audientiam* 4. de *Is qui vi, metusve causa & c. cap. si verò* 8. *cap. verum* 15. *cap. sicut* 29. h. t. & consequenter Juramentum, liberè praestitum, cum utique plus operetur, servandum esse ex virtute justitiae, ex qua servandus contractus. Maslam facis consequentiam. Fateor enim, Juramentum, liberè praestitum, plus & efficacius operari, quam Juramentum dolo, vel vi extortum, non in linea contractus, sed in linea Juramenti: nam Juramentum posterius non tantum imaginarij quòdam & momentaneæ solutione adimpleri, sed etiam certà Superioris relaxatione infringi potest *cap. debitoribus* 6. *cap. si verò* 8. h. t. junctis textibus, mox citatis: at Juramentum prius in violabiliter & irrefcindibiliter servari jubetur in *cit. cap. cum contingat* 28. h. t. & *Auth. Sacramenta pub. Cod. si advers. vendit.*

Transcendò ad *cap. quamvis* 2. de *Pañ. in 6.* illud non probat aliud, quam ex jurata filiae renuntiatione subnata obligationem, Juramento propriam, veluti constat ex subjunctà ratione: *cum non vergat in aeternam salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Quòd si hanc responsionem ex duplici capite improbis: I. quòd S. Pontifex mandet, ut ipsum pactum renuntiatorum servetur; II. quòd aliter, pactum illud firmari: duplicem denudò cuneum oppono. I. quòd pactum servari mandetur, non ex se, & in linea pacti, sed in linea Juramenti; seu, quòd idem est, pactum servari materialiter, quatenus id, quod promissum est, servari debet, non ex virtute pacti, quod invalidum manet; sed ex virtute Juramenti, quod validum est. II. quòd si firmatum non sit positum in dispositione, sed narratione; nec formalem sed materialem pacti firmationem inferat, ut nempe materia & objectum, pactò invalido promissum,

sum, servetur & praestetur vi Juramenti validi adjeci.

64 Hic pro & contra disputatis, mediam, quandam sententiam, cui facem praerulit Leonardus Lessius de *J. & F. lib. 2. cap. 17. sub n. 56.* assumo, & distinguo, utrum Juramentum directè feratur in ipsum contractum de praesenti, sicut si jures, te promittere, vendere, renuntiare &c. vel utrum reflexè feratur in contractum quasi de praetertito, spondendò v. g. quòd contractum initum servare, renuntiationem non revocare, nec promissionem infringere velis. Priorè casu contractus invalidus nullò modò confirmatur: quia Juramentum adjectum non tam promissorium est, quam assertorium ejus, quod hic & nunc geritur: quali Juramento vim pacta confirmandi inesse, nemo dixerit. Posteriore casu confirmatur contractus, non in linea & ratione contractus: ut sic enim, ex argumentis secundè sententiae, est & erit semper invalidus; sed in linea & ratione Juramenti, quatenus Juramentum hoc promissorium est, illique, in cuius gratiam erat praestitum, adminiculante

promissionis acceptatione, tribuit Jus rigorosum, inefficax quidem de Jure humano in foro externo ex n. 36. sed efficax in foro interno. Volo dicere: ex tali Juramento non tantum oriri obligationem Religionis, sed etiam obligationem justitiae, absque actione civili. Cum enim sit Juramentum promissorium, habet necessariò annexam promissionem; ex qua sequitur infallibiliter obligatio justitiae ex n. 33.

Nec dicas: si contractus manet invalidus, manet etiam invalida promissio. Juramento innexa. Contra liquidem est: quia contractus idèò manet invalidus, quòd à Lege sit irritatus. Atqui promissio, innexa Juramento, non est irritata: nam quia Juramentum, uti suppono, est validum, valida etiam est promissio, Juramento innexa: neque enim Juramentum illud assertorium, sed promissorium est; sique ut promissorium valere nequit, nisi & promissio, ratione cujus dicitur promissorium, valere dicatur. Ergo à primo ad ultimum valet illa promissio, quam intrinsecè continet Juramentum promissorium, & obligationem justitiae producit.

§. VI.

Qualiter Jusjurandum sit interpretandum?

69 UT asserta Jurisjurandi obligatio suam interpretationem ritè capiat, oportet sequentes regulas, quas plerique Canonistae cum P. Pirhing. h. t. à n. 102. Wiestner à n. 82. Reiffenstuel à n. 32. Schambogen à n. 28. tradunt, attendere. Prima est: quòd Juramentum strictam interpretationem recipiat, ac obligatio inde suborta potius restringi, quam ampliari debeat per *cap. ad nostram* 21. *cap. clericus* 35. h. t. quia videlicet perinde in Juramentis, atque ceteris actibus, debemus esse proniores ad tollendam quam inducendam obligationem l. *Ariennus* 47. ff. de *O. & A.*

70 Secunda est: quòd Juramentum in materia, Jure Communi prohibita vel praecipita, emissum non obliget ultra intentionem & dispositionem Juris Communis d. *cap. ad nostram* 21. h. t. *cap. abbas* 20. de *Appellat. cap. ex parte* 13. de *Cleric. non resident. cap. ult. de Eccles. edific.* quoniam in dubio quilibet intentionem & dispositionem suam Juri Communi accommodare praesumitur *arg. l. non recitò* 3. *Cod. de Fidei.*

71 Tercia est: quòd Juramentum sequatur naturam actus, cui apponitur; hoc est, ad plus non obliget, quam promissio, cujus firmandae causà adjectur per textum in *cap. quemadmodum* 25. *cap. sicut* 29. §. *Juramentum* *cap. petitio* 31. h. t. l. ult. *Cod. de N. N. P.* nam qui jurat, se facturum, quod promittit, praesumitur, eodem modò, & ad id obligare se voluisse, ad quod virtute promissionis est obligatus. Unde solemus dicere, quòd Juramentum extensivè non magis obliget, quam actus annexus; quam-

vis intencio magis seu fortius obliget, superaddendò obligationi justitiae obligationem Religionis. *Rota Rom. p. 16. decis. 231. n. 15. D. Gletle cit. p. 3. Pandect. cap. 3. n. 6.* Hæc ipsa tamen regula solum obtinet valorem, quando negotium, cui Juramentum apponitur, est validum: quando enim negotium illud est invalidum, Juramentum non potest ab eo recipere suam mensuram aut interpretationem, sed subintrat alia Juri maxima, quòd servandum sit, quando servari potest, nec in prajudicium tertii vel salutis propriae redundat *cap. debitoribus* 6. *cap. cum contingat* 28. h. t. *cap. licet mulieres* 2. eod. tit. in 6. *cap. quamvis* 2. de *Pañ. in 6.* Gonzalez ad d. *cap. cum contingat* sub n. 11.

Quarta est: quòd Juramentum explicari debeat juxta condiciones, ex dispositione Juris tacite connexas; cujusmodi conditio est l. *si priorio*: cum ad impossibile quòcunque nemo teneatur *cap. Quintavallis* 23. h. t. *cap. contingit* 1. eod. in 6. II. *salvo jure & auctoritate Superioris*, cui nullus ex inferioribus derogare potest *cap. venientes* 19. *cap. ca. 22. h. t.*

III. *nisi is, in cuius favorem juratum est, favoris suo, sicuti potest, renuntiaverit* *arg. l. pen. Cod. de Pañ.* IV. *si res in eodem statu permanferit* 72 quia verosimile non creditur, aliquem ad incognita se obligare velle *cap. veniens* 16. *cap. quemadmodum* 25. *cap. clericus* 35. h. t. V. *si pars altera fidem suam servaverit* d. *cap. quemadmodum* 25. *cap. perveni* 3. *cap. sicut* 29. §. *Juramentum* h. t. etenim frangere fidem fides frangitur eidem *cap. frustra* 75. de *R. F. in 6.*

§. VII.

Quomodo cesset obligatio Jurisjurandi?

- 79 Obligatio Jurisjurandi cessat I. mutatione materiae, si, ut dictum in n. 74. ejus executio reddatur quovis modo, jure vel factis, impossibilis. Et licet in cap. pervenit 2. & cap. cum quidam 12. §. illi verò h. t. jurantes in simili jubeantur absolvi; id tamen nemquam de absolutione propria, sed tantum impropria & nullitatis declaratoria, est intelligendum. Quod si ex parte jurantis, seu debitoris, Juramentum servari possit, ex parte autem creditoris res jurata, citra injuriam, acceptari non possit, sicut si quis foeneratori promitteret usuras; vel si dubium sit, utrum quis adhuc obligetur servare Juramentum, tunc saltem ad cautelam impeditur absolutio à Superiore Ecclesiastico arg. cap. debitores 6. h. t. P. Engel ibid. n. 16.
- 82 Cessat II. commutatione in aliquid opus pium, quae etiam ab ipso jurante potest fieri, quando opus aliud certò est melius cap. pervenit 3. h. t.
- 83 Cessat III. irritatione, quae fit per illos, quorum potestati dominatvè persona jurans, aut Juramenti materia est subiecta, puta per Praetatos respectu Religiosorum; per patrem re-

specu liberorum; per tutorem respectu pupillorum cap. pueri 15. XXII. q. 5. & arg. cap. pervenit 2. cap. venientes 19. h. t.

Cessat IV. relaxatione, à Praelato Ecclesiastico, Episcopo vel S. Pontifice facta, si fieri possit absque praedictio terti d. cap. pervenit & cap. venientes & passim h. t. Legantur, si lubet, ex Doctores, ad praesentem h. t. scribentibus, P. König à n. 36. Gonzalez ad cap. 1. à n. 9. P. Pirhing à n. 154. Haunold. cit. tr. 4. à n. 887.

Si scire cupias: an etiam Magistratus Saecularis Juramentum relaxare queat?

Resp. quòd possit indirectè, quando Juramentum est promissorium, & res promissa spectat ad forum Saeculare. Gonzalez d. l. n. 12. Haunold n. 905. Pirhing n. 159. Pax Jordan Elucubrat. div. lib. 14. tit. 22. n. 165. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber ad h. t. n. 18. & seqq. Ratio est: quia, sicuti Juramentis promissorii obligatio non confurgit, quando res promissa, ad forum Saeculare spectans, servari ab eo prohibetur; ita definit obligare, quando in simili materia à Magistratu Saeculari relaxatur.

SECTIO II.

De Jurjurando Litis decisorio Extrajudiciali.

SUMMARI A.

- 87. Divisio Jurisjurandi. Extrajudiciale definitur. 89. Est religiosa astrictio. 90. Supponens conventionem praeviam, seu actum distinctum. 91. Deserri potest ab illis, qui transigere possunt. 92. & seq. Deserunt illi, qui sibi actionem vel exceptionem possunt quaerere. 94. Super omnibus rebus controversis. 95. Extra Judicium. 96. Sine delatione praestari nequit. 97. Debet praestari, antequam revocatum sit, eò modo, quòd deseritur. 98. In omnibus ferè causis praestari solet. 99. In causis status. 100. Popularibus. 101. Delictis. 102. Quando agitur ad poenam sanguinis vel

corporis afflictivam, non potest à Reo deseri. 103. In causa matrimonii contrahendi, non item jam contracti, deseritur. 104. Effectus proximus est decisio causae, aequivalens transactioni & rei judicata. 105. Remotus est actio, transiens ad, & in heredes. 106. Non etiam contra tertium. 107. Pratoria, scribi Juris, rei persecutoria. 108. & seq. Personalis. 110. & seq. Exceptio juratoria. 112. & seq. Agitur de rescissione Juramenti. 115. Fit distinctio inter perjurium materiale & formale. 116. Ob perjurium materiale non datur rescissio. 117. & seq. Ob perjurium formale datur rescissio.

§. I.

Quid sit Jusjurandum Extrajudiciale?

- 87 Juramentum, habentis genericè dilucidatum, dividitur in Litis decisorium, & Litis aestimativum. Litis decisorium subdividitur in Voluntarium & Necessarium. Voluntarium subsecatur in Extrajudiciale (quod alias simpliciter Voluntarium, aut Conventionale nuncupatur) & Judiciale.
- 88 Juramentum Extrajudiciale, cujus explanationem modò suscipimus, est Religiosa astrictio, quam pars parti, super re, inter ipsas controversa, extra Judicium deseri,
- 89 Dixi I. Religiosa astrictio. Quae verba jam explicata sunt, & simul innuunt, Juramentum

Extrajudiciale esse speciem Juramenti assertorii: quia jurans assertit aliquid de praesenti vel praeterito. Et, licet Conventionale dicatur, ex eo tamen nequaquam fit promissorium: neque enim Juramentum ipsum continet aliquam promissionem, sed hanc, vel ut actum distinctum, praesupponit: quia nempe deseriatur eà conditione, ut, si juratum fuerit, causa pro decisa habeatur arg. l. maximum 1. §. vel ex pactione ipsorum litigantium ff. h. t.

Dixi II. quam pars. Potest hoc Juramentum deseri omnibus illis, qui transigere. Brunnem. de Proc. Civ. cap. 23. h. 3. quia, ut scribit JCtus

- JCtus in l. Jusjurandum 2. ff. d. l. speciem transactionis continet. Quinam verò transigere possint? Aliò locò commodius enodabimus.
- 92 Dixi III. pari. Deseritur idem Juramentum illi, qui ex conventionem vel sibi vel aliam actionem aut exceptionem quaerere potest per l. qui jurasse 26. in pr. ff. h. t. Unde potest deseri l. pupillo d. l. & pr. cui non obstat Jusjurandum 34. §. 2. eod. utpote quae loquitur de Juramento Judiciali, velut indicant §5. subsequentes.
- 93 subsecuentes. II. Minorenni arg. cit. l. qui jurasse 26. in pr. III. Servo in causa domini l. si servus 23. l. sed et si 25. ff. h. t. IV. Filiofamilias in causa patris, & vicissim l. multò magis 24. d. l. qui jurasse 26. §. 1. h. t. V. Procuratori & defensori l. ut. §. 2. ff. eod. VI. Fidejussori d. l. ut. §. 3. VII. Tutori & curatori arg. ad. l. vide Ummium de Proc. disp. 14. th. 2. per tot. Bocerum disp. p. 2. classe 6. disp. 18. th. 4. Haunoldum cit. tr. 4. à n. 934. Clariss. D. Collegam Franz in Quaes. select. cit. quae. 19. à num. 69.
- 94 Dixi IV. super re, inter ipsas controversa. Nec refert, qualis res sit, corporalis vel incorporalis; mobilis aut immobilis; magni vel parvi

In quibus causis praestari possit Jusjurandum Extrajudiciale?

- 98 Hic responsum Ulpiani in d. l. ait Prator 3. §. 1. ff. h. t. referre placet. Quacunque, ait ille, actione quis conveniatur, si juraverit, proficiet si Jusjurandum, sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive penalis actione, vel quavis alia agatur, sive de interdictione. Cujus rationem ex paritate transactionis petere licet, quae etiam in causis & actionibus ferè omnibus locum habere videtur. Hinc
- 99 Inferitur I. etiam in causa status, in qua agitur de paternitate, filiatione, libertate, servitute &c. Juramentum deseri posse, eò sine, ut status controversia tollatur d. l. ait Prator 3. §. 2. l. cum qui 30. §. 4. ff. h. t.
- 100 Inferitur II. etiam in causa populari, in qua alias quilibet de populo facultatem agendi sortitur, Juramentum rectè & eò effectù deseri, ut, si reus post delationem bonà fide peractam juraverit. Juramentum ipsi non solum contra deferentem, sed omnes de populo proficit d. l. cum qui 30. §. 1.
- 101 Inferitur III. in delictis privatis, etiam famosis, Juramentum legitimè deseri per l. nam posteaquam 9. §. 2. & d. l. cum qui 30. in pr. ff. h. t. in delictis publicis, & quoties criminaliter agitur, distinguendum esse, an deferat accusator, an reus. Accusator rectè de-

prelii: proficit enim juranti, in quacunque re suam assertionem Divini Nominis invocatione firmaverit.

Dixi IV. deseri extra Judicium. Quae vocabula discriminant Juramentum Extrajudiciale à Judiciali: cum ad illud sola partium conventio, sine Judicio & Judice; ad hoc Judicium & Judex requiratur.

Dixi VI. deseri. Debet itaque Juramentum Extrajudiciale delatum vel oblatum esse: nam, ut discurret Ulpianus in l. ait Prator 3. in pr. ff. h. t. si reus juraverit, nemine ei Jusjurandum deservente; Prator id Jusjurandum non tuebatur: sibi enim juravit. Alioquin facillimus quisque ad Jusjurandum decurreret; nemine sibi deservente Jusjurandum, omnibus actionum se liberabit.

Nec sufficit, delatum aut oblatum esse, si, antequam acceptetur, revocatum fuerit: tunc delatum dicenda in sit. seq. Quin nec delatum & acceptatum esse, sufficit, nisi & eò modò ac tempore fit acceptatum, quò delatum d. l. ait Prator 3. §. ult. l. vel filiorum d. l. non erit §. in pr. & §. ult. ff. h. t. Remissum tamen habetur pro praestito l. remissio 6. ff. eod. Clariss. D. Franz cit. q. n. 78. & seqq.

§. II.

feret arg. d. l. cum qui 30. §. 3. Non item Reus: tum quia membrorum suorum dominus non est l. liber homo 13. in pr. ff. ad l. Aquil. tum quia in criminibus requiruntur plenissimae probationes l. ult. Cod. de Probat. Nisi forte ad poenam pecuniariam, & scò inferendam, agatur arg. d. l. cum qui 30. §. 1. Ummius cit. disp. 14. th. 3. num. 21. D. Franz cit. q. 19. n. 77.

Inferitur IV. in causa matrimoniali postea quidem deseri Juramentum, quando agitur de Matrimonio, primùm contrahendo, seu de sponsalibus arg. cap. prator 2. cap. requisit 17. de Sponsal. quando autem agitur de Matrimonio, jam contractò, valere Juramentum pro Matrimonio, ut semel initum servetur; non autem valere contra Matrimonium, ut semel contractum dissolvatur arg. cap. ult. de Transact. est enim in arbitrio partium, Matrimonium, propter dissensum invalidum, novò consensu revalidare; sed Matrimonium, aliquando validè contractum, privatà & juratà conventionem dissolvere, à voluntate partium non dependet. Ita Canonistae communitèr ad h. t. cum P. König sum. §. 1. qui idipsum ad Matrimonium spirituale, scilicet professionem Religiosam, extendit.

§. III.

Qualem effectum producat Jusjurandum Extrajudiciale?

- 104 Effectus Juramenti Extrajudicialis alius est proximus; alius remotus. Proximus est decisio rei vel causae, inter partes controversatae: in enim, qui, deservente adversariò, juravit, rem suam esse, aut te debitorem non esse, victor evadit; nec minus acquirit juris,

quàm si cum adversario transegeret, aut sententiam judicalem pro se obtinisset: nam, verba sunt Pauli in l. 2. ff. h. t. Jusjurandum speciem transactionis continet; majoremque habet auctoritatem, quàm res judicata.

Effectus remotus est actio & exceptio juratoria.

toria. Actio datur ei, qui, deferente ad-
versario, debitor vel possessore, juravit, rem sibi
deberi vel suam esse, & ejus hæredibus; con-
tra deferentem, & ejus hæredes, ut vel rem
tradant, vel debitum, super quo juratum est,
exsolvant. Textus in §. Item si quis i. Inst. de
Action. l. nam posteaquam 9. §. ult. l. sed si i. §. 1.

106 & seq. ff. h. l. Planè contra tertium seu
possessorem, seu creditorem, seu debitorem,
qui Juramentum nec detulit, nec in delatio-
nem consentit, actio juratoria non datur d. l.
nam posteaquam 9. §. ult. quia, ut dicit Paulus
in l. 10. seq. non debet alii nocere, quod inter alios
actio esset.

107 Ceterum hæc actio est pratoria d. §. Item
si quis i. Inst. de Action. est personalis, cum im-
mediate descendat ex conventionione l. maxi-
mum i. ff. h. l. est iudici Juris, cum oriatur ex
conventionione unilateralis: est rei persecutoria,
cum persequatur interesse patrimonii: est
perpetua, quia personalis & rei persecutoria.

108 Sed, utrum semper hæc actio sit personalis,
etiam si vetus actio fuerit realis v. g. rei vindica-
tio? Ambigitur. Et omnino certius existi-
mò, quòd semper personalis sit: oritur enim
immediate ex conventionione; isque, qui
juravit v. g. se esse dominum rei controversæ,
& intentat actionem juratoriam, non se fun-

dat in dominio, sed in Juramento: neque
enim quaritur, an, & quòd titulus res debeat
sed tantum an juratum sit, non erit §. 2.
l. nam posteaquam 9. §. 1. ff. h. l. D. Gletle 3. pars.
Pand. cap. 4. n. 3. & seq. D. Franz cit. quest. 19.
num. 87.

Nec impedit, quòd in l. sed si i. §. ult. ff.
eod. juranti in causa reali actio realis utilis ac-
commodetur. Nam illa actio utilis non est
actio juratoria, sed actio planè distincta, et
daturque non domino, qui juravit rem suam
esse, non, quòd reverà sit dominus (tunc enim
actionem directam haberet) sed quòd domi-
nus esse præsumatur, ob autoritatem rei
judicatæ, quæ Juramento in l. Jurjurandum 2.
ff. h. l. tribuitur.

Exceptio juratoria competit debitori vel
possessori, qui, deferente creditore vel peti-
tore, juravit, se nihil dare oportere, aut rem-
peritam suam esse, & ejus hæredibus, contra
deferentem & ejus hæredes, ad infringendam
ipsorum actionem, & intentionem elidendam
§. aquè si 4. Inst. de action. Quòd si manifestè
constaret, jurasse reum, Judex non deberet
actorem admittere ad agendum, sed in exor-
dio litis actionem ei denegare per textum in
l. ais Prætor 7. l. nam posteaquam 9. in pr. ff. h. tit.
D. Franz cit. l. n. 94.

§. IV.

Possitne Jusjurandum Extrajudiciale, semel præstitum, revocari, vel rescindi?

112 Cum Juramentum Judiciale ex
vim habeat tum transactionis, tum rei
judicatæ: consequens est, quòd semel præsti-
tum nequeat amplius revocari, aut rescindi,
nec per testes, nec per instrumenta noviter
reperta, nec per demonstrationem perjuri,
nec per appellationem l. causa i. l. generaliter
12. §. 1. & 3. Cod. de R. C. Eckoldt ad ff. h. l.

113 §. 14. Non enim quaritur, an, quòd jur-
atum est, debeatur; sed solum, an juratum
sit d. l. non erit 5. §. 2. l. nam posteaquam 9. §. 1. ff.
h. l. Debetque defersens sibi imputare, quòd
jurantem testem & Judicem in propria causa
fecerit.

114 Illud tamen, quòd de perjurio attigimus,
quòd illius probatione nequeat Juramentum
rescindi, non usque adeò catholicum & dog-
maticum est. Tamen enim Haunold sæpe
cit. tr. 4. n. 966. communissimam sententiam
allegat pro revocatione non concessâ; at-
amen P. Engel ad h. l. n. 31. scribit, sibi semper
probabilis & æquus visum esse, si aliquis pos-
set per probationes in continentiparatas, quæ
non requirunt altiore indaginem, vel lon-
giorem dilationem. Juramenti præstiti fal-
sitate demonstrata, ipsum audiendum esse au-
thoritate l. fin. Cod. de R. C.

115 Ego cum distinctione totum hoc negoti-
um absolvi posse, confido, ac referre censeo, pos-
sint à deferente Juramentum probari, quòd
jurans commiserit perjurium formale, seu
sciens falsò juraverit; an verò tantum pro-
bari valeat, quòd commiserit perjurium ma-

teriale, seu quòd ex errore à parte rei jurave-
rit falsum.

Ob perjurium materiale, prætextu cuius-
cunque læsionis, nequit rescindi Juramentum
Extrajudiciale, juxta rotundos textus in l. ad-
monendi 31. ff. h. l. causa 1. Cod. de R. C. Ra-
tio est: quia nec transactio, in probabiliori
sententia, prætextu cuiuscunque læsionis re-
vocari potest l. Lucius Titius 78. §. ult. ff. ad
S. C. cum Trebell. nec res judicata cap. inter 20.
cap. subors 21. de Sen. & rejud. l. Imperatores 35.
ff. l. sub specie 4. Cod. de Re judic. Ergo nec Ju-
ramentum, quòd ejusdem cum transactione
& res judicata roboris ac momenti est.

Ob perjurium formale ac dolosum Ju-
ramentum retractari posse, probatur solidissimè
ex cit. l. ult. Cod. de R. C. ubi Imperator Justi-
nianus decidit, ab eo, qui, deferente hærede,
juravit, rem aliquam à testatore sibi legatam
fuisse, datum repeti posse, si postmodum ap-
paruerit, nullum testamentum conditum,
nullumve legatum esse relictum.

Nec audiendus es, si respondeas, textum
cit. esse specialem, nec extra legatum, de quo
loquitur expressè, extendendum esse, quasi
singulariter in Jure cautum reperitur, quòd
super relictis in testamento transigere non
licet, tabulis testamenti necum inspectis l.
de his 6. ff. de Transact. Hanc quippe re-
sponsonem à mente Imperatoris alienam ef-
se, colligitur imprimis ex eo, quòd referat ibi-
dem dubitationem Veterum, quæ sanè non
fuisse prudens, si supponeretur, Juramen-
tum

tum propterea rescindi posse, quia præstitum
erat ante inspectas testamenti tabulas; nec
opus fuisse, ad rescindendum Juramentum,
perjurio: cum transactio, nondum inspectis
tabulis, rescindi valeat, sive bona sive mala fi-
220 de fuerit interposita. Deinde colligi-
tur ex eo; quia ratio, quam affert Justinianus,
satis indicat, retractationem Juramenti ex alio
capite permissam esse, ne videlicet ex hujus-
modi perjurio juranti lucrum accederet; quæ
ratio generalior est, quam ut coartari possit

ad sola legata. Ratio ulterior adjungi
potest: quia etiam transactio, si dolose fuerit
inita, rescissionem admittit per textum in l. in
summa 6. §. 1. & ff. in autem evidens calumniam de-
tegarur & ff. de Condit. indeb. l. si superstitio 5.
Cod. de Dolo malo. Sicut & sententia, ex falsis
instrumentis, vel testibus corruptis, pronun-
ciata, rescindi potest l. divus 33. ff. de Re
judicata. Cur non igitur & Juramentum,
propter formale perjurium, retractari
queat? 122 ff. ad l. 2. cap. 2. n. 106.

SECTIO III.

De Jusjurando Voluntario Judiciali.

SUMMARI.

122. Desinitur Juramentum Voluntarium Ju-
diciali. 123. Est Religiosa aſſeveratio. 124.
Quam pars parti. 125. Scienti. 126. Super
re controversa. 127. Desert in Judio. 128.
Approbante Judio. 129. Per sententiam in-
terlocutoriam. 130. Quando non possit Ju-
ramentum hoc deseri? Quæritur. 131. Autho-
res affirmantes & negantes, quòd deseri possit,
licet nihil probatum sit, recensentur. 132. &
seqq. Negantium fundamenta. 135. & seqq.
Affirmantium argumenta. 138. Quando ac-
tor ne qui ens præsumptionem habeat pro se, non
potest Juramentum deseri. 139. & seqq. De-
monstrator. 144. Quando præsumptionem

saltem habet pro se, Juramentum deseri potest.
145. & seqq. Declaratur. 149. Juramen-
tum delatum aut præstitum, aut referendum.
150. & seqq. Deserens præstat Juramentum
calumniam, non item referens. 153. Juramen-
tum præstitum habet vim probationis conclusen-
tis. 154. Sententia dein lata non potest rescin-
di. 155. Productio actionem rei judicatæ. 156.
Et probabiliter actionem juratoriam. 157. Pro-
ponitur controversia, num Juramentum delat-
um & acceptatum revocari valeat? 158. &
seqq. Motiva affirmandi. 162. & seqq. Ra-
tiones negandi. 168. & seqq. Adversus affir-
mantium deservunt.

§. I.

Quid sit Jusjurandum Judiciale Voluntarium?

122 Juramentum Judiciale Voluntarium (quòd
aliquando Judiciale simpliciter appellat-
ur) est Religiosa aſſeveratio, quam pars parti,
super re controversa, desert in Judio, Ju-
dice approbante.

123 Dixi I. Religiosa aſſeveratio. Quæ particu-
lariter denotant convenientiâ genericam utrius-
que Juramenti, Judicialis & Extrajudicialis;
de qua vide num. 89.

124 Dixi II. quam pars parti. Ubi notandum
habet, Juramentum Judiciale illis & ab illis
deseri posse, quibus & à quibus deseri potest
Extrajudiciale; hoc solum exceptò, quòd,
cum desererat in Judio, & illi, à quibus de-
fertur, & illi, quibus desertur, debeant habere
legitimam personam, standi in Judio arg.
i. 1. Cod. Qui legit. pers. standi in J. d. Setlet de

Dixi III. super re controversa. Ubi rursus
admonendus es, quòd Juramentum Judiciale
super illis rebus, & in illis causis præstari possit
& solet, super quibus & in quibus præstari
solet & potest Juramentum Extrajudiciale;
de quo relege num. 98. & seqq. Ummius cit.
disp. 14. th. 7. num. 38. Struv. exercit. 17. th. 39.
Lauterb. ad h. tit. §. 69. Clariff. D. Franz cit.
9. 19. n. 106.

Dixi IV. desert in Judio. Quæ nota sug-
gerit differentiam Juramenti Judicialis & Ex-
trajudicialis; cujus in num. 95. jam feci men-
tionem.

Dixi V. approbante Judio. Approbatio
Judicis enim in l. generaliter 2. §. 1. Cod. de
Reb. cred. ubi Brunnerum num. 16. requiritur,
non tantum quia Judiciale propterea
nominatur; sed etiam quia Judicis est, pro-
bationem, cujus species est Juramentum, vel
injungere, vel approbare ex cap. 3. num. 30.
Approbat autem Judio Juramenti delatio-
nem per sententiam interlocutoriam, cujus
formulam in puncto fponfialium exhibet D.
Franz cit. 9. n. 106. sequentibus verbis: wir
det Kläger den deſerirten Eid (schwören) und
vermittels dessen behaupten / daß Besagte ihm
die Ehe versprochen habe / immaffen ihm zu
thun obliget; so erseheth daraus in Sachen fees
ners / was recht ist.

130 Quidam Juramentum Judiciale Voluntarium deferri possit, an solum tunc, quando actor incepit aliquid probare, sed probationem integre, & perficere nequivit; an etiam, quando actor penitus nihil probavit? Quotidiana & insignis est questio. Priori partem, quod deferri possit solummodo, quando incepit aliquid probare, sustinet Panormitan. in cap. ult. h. t. §. sane n. 1. eumque post Bartolum, Baldum, Salicetum, pronò vestigiò sequitur Mascard. de Probat. conclus. 97. num. 7. Menoch lib. 1. de Præsumpt. quest. 81. n. 2. Posteriori partem, quò statim deferri possit, amplectuntur Fachin. lib. 1. controu. cap. 19. Zoëf. ff. h. t. n. 35. Vinn. lib. 1. select. quest. cap. 42. Engel h. t. n. 16. Clariff. D. Franz cit. q. n. 101. & seq.

132 Authores prioris sententiæ fundant se I. in l. qui accusare 4. Cod. de Ed. ubi habetur, probationes ex domo rei non esse desumendas. Sed actor, deferens sine probatione Juramentum, deseruit probationem ex domo rei.

133 Ergo &c. II. in cap. ult. §. sane h. t. ex quo & alii textibus affinis patet, actores non probante, reum, etsi nihil præstiterit, absolvendum esse. Quæ sanè regula nunquam valeret, si actor, non probans, Juramentum deferre possit: quippe cum semper probaret, si non ordinariò, saltem extraordinariò modò. III. in cap. sicut consuetudo 2. de Probat. in quo statuitur, reum non amplius ad Juramentum præstandum admitti, quando actor intentionem suam plenè probavit: ut adeò nec actor ad Juramentum deferendum videatur admittendus, quando penitus nihil probavit.

135 Authores posterioris sententiæ allegant I. Lator pupilli 35. in pr. ff. h. t. & L. ult. §. 10. Cod. de Fure delib. ubi decernitur, Juramentum deferri posse, tametsi probationes aliæ deficient. II. textum in l. manifeste 38. ff. h. t. in qua Paulus, manifeste accipit iudicis, ait, & confessio est, nolle nec jurare, nec Fusurandum referre. III. textum in l. generaliter 12. in pr. Cod. de R. C. ubi concluditur, Juramentum delatum esse præstandum, siue in initio litis, siue in medio deferatur. Atqui ab initio litis nil adhuc probatum est. Ergo &c.

138 Ultramque sententiam nexu distinctionis inter se conciliari posse, cum P. Haunold de Jurisprud. Judic. cit. n. 4. à n. 987. D. Gletle cit. cap. 4. n. 12. P. Wiestner h. t. n. 26. & seq. arbitror. Et primam quidem admittendam censeo, quando actor nec probavit aliquid, nec præsumptione quâdam iuvatur: tunc enim obinet dispositio cap. ult. §. sane h. t. ita quæ sic ferat: si actor omnino in probatione deseruit, reus debet (etsi nihil præstiterit) obtinere.

139 Ratio est: quia Juramentum nec à parte deferri potest, nec à Iudice approbari, quando deest necessarius comes Judicii, seu rationa-

§. II. *Manifeste nihil probatum fuerit* bilis causa iurandi. Sed, quando actor nec probationem aliquam fecit, nec præsumptione quâdam iuvatur, deest ad Juramentum deferendum necessarius comes Judicii, seu rationabilis causa iurandi. Ergo &c.

Nec credas, ipsam probandi necessitatem, & veritatis manifestationem, esse causam iurandi fat rationabilem. Siquidem nulla probandi necessitas, nec manifestatio veritatis desideratur, ubi actor temerè ad Iudicium provocavit. Sed profectò magna & fortis est præsumptio, quòd actor temerè provocaverit ad Iudicium, quando nec probare quidpiam, nec præsumptionem adducere potest. Adeoque nulla iurandi causa, sed mera temeritas est.

Equidem non disiteor, non raro contingere, ut actori non deficiat jus, sed probatio, veluti si pecunias Sempronio dederit mutuas, nemine mortalium præstante, & Sempronius rotundè mutuum negaverit. Sed & hoc per sepe contingit, ut actor, qui nec iure, nec probatione munitus est, fingat, se dedisse pecunias mutuas: cui, si permittatur, adversario deferre Juramentum, sanè deficit causa & ratio.

Ais: reum non gravari delatione Juramenti: quippe qui Juramentum delatum vel præstare, si velit; vel, si malit, referre potest. Repono, sufficienter gravari, quòd absque causa jurare, & jurandò onus probandi suscipere cogatur: cum dentur non pauci homines tenerioris conscientie, qui, licet iustissimè jurandi causam habeant, jurare tamen, ob reverentiam Numinis, reformidant. Nec consultum semper est, Juramentum referre: si enim actor tam deperditæ fuit conscientie, ut item, iure & æquò destitutus, movere sic ausus; erit profectò tam veors, ut etiam jurare, quòd litem bonam foveat, non horreat; cum non minus peccatum sit, violare perperam agendò iustitiam, quam pejerandò Religionem.

Alteram sententiam tum in usum & praxin deducendam suadeo, quando actor vel probavit aliquid, tametsi minus quàm semi-plenè; vel probabili aliquâ præsumptione fulcitur. Tunc enim rursus applicare potest, quòd in cit. cap. ult. §. sane h. t. constitutum est, quod, præsumptione faciente pro Actore, Reo deferri possit (Juramentum) ad ostendendam suam innocentiam. Cui textui nequaquam opponi potest, quòd loquatur de Juramento Necessario. Nam, ut claret ex collatione cit. §. cum principio, de utroque Juramento Necessario & Voluntario, Pontifex loquitur. Cùmque generaliter velit, præsumptione faciente pro Actore, Reo Juramentum deferendum, esse; vult quoque, Juramentum Voluntarium deferri posse, quando actori præsumptio suffragatur.

146 Confirmatur hæc sententia ex textibus in m. 135. & seqq. Et enim in cit. l. tutor pupilli 35. in pr. ff. h. t. supponitur, quòd tutor aliquid inceptor probare, sed in probatione deiecerit.

147 In l. manifeste 38. ff. eod. supponitur, Juramentum licitè & iustè, præcedente scilicet probatione vel præsumptione, delatum fuisse: alioquin nec turpitudinis, nec confessionis indicium est, nolle necjurare, nec Juramentum

referre. In l. generaliter 12. in pr. Cod. de R. 148 C. supponitur quidem, Juramentum in principio litis deferri posse, sed non deciditur, quale sit Juramentum, litis decisorium, an aliud. Sed neque dicitur, Juramentum absque ulla præsumptione deferri posse: adeoque licet probatio cesset ab exordio litis, non tamen hoc ipsò cessat præsumptio, quæ jam eò tempore potest Actorem adjuvare.

§. III.

Qualis effectus sit Jurisjurandi Judicialis Voluntarii

149 Juramentum Judiciale Voluntarium alium habet effectum, quando delatum; alium, quando prælitum est. Juramenti delati effectus est, quòd operetur necessitatem alternativam, vel delatum acceptandi, vel referendi, nisi is, cui delatum est, pro confessio haberi velit d. l. manifeste 38. ff. h. t. Hoc tamen servatò discriminè, quòd deferens prius de calumnia, seu malicia, si peticum fuerit, jurare teneatur l. jusjurandum 34. §. 4. ff. d. t. referens autem non debeat jurare de calumnia, sed præcisi iurandi necessitatem imponat deferenti d. l. Jusjurandum 34. §. 7. tum quia non rectè de calumnia Reum Actor jurare petiit, qui si semet credidit, se deferendi causam sufficientem habuisse: tum quia, si referre deus Juramentum vellet, res sine exitu, & processus in infinitum foret. Atque in hoc cernitur aliqua differentia inter Juramentum Judiciale & Extrajudiciale: ad hoc enim neque Juramentum calumniæ prærequiritur; neque imponitur necessitas, Juramentum acceptandi; neque relinquatur libertas, semel acceptatum referendi per l. Jusjurandum 17. in pr. ff. d. t. D. Franz sapè cit. q. 19. num. 85. & seqq.

151 Juramenti prælitici effectus proximus est, quòd vim probationis habeat l. non erit 5. §. 2. l. nam posteaquam 9. §. 1. l. sed si 11. §. 3. ff. h. t. tamque concludentem, ut Iudex debeat ferre

pro jurante sententiam l. jusjurandum 34. §. ult. ff. eod. Quæ sententia tantè firmitatis est ut neque per appellationem, neque per instrumenta noviter reperta, convelli possit l. admittendi 31. in fin. ff. d. t. l. causa 1. l. generaliter 12. §. 3. Cod. de R. C. Nisi perjurium formale detegatur, per ea, quæ à n. 112. excussantur. Effectus remotus est actio & exceptio rei iudicatæ arg. l. jusjurandum 2. ff. h. t. Setfer de Juram. lib. 4. cap. 7. n. 29. D. Franz cit. l. num. 108. Lauterbach ad ff. h. t. §. 71. in fin. An etiam detur actio & exceptio juratoria? Juristæ certant, & adhuc sub Juce lis est. Ummius cit. disp. 14. hb. 11. n. 63. unà cum pluribus ibid. adductis eleganter probat; Setferus verò cit. n. 29. & Schambogen ad §. item si 11. Inst. de Act. præsupponunt, dari ex Juramento Judiciali actionem & exceptionem juratoriam. Quorum sententia valde probabilis est: partim quòd cit. §. & reliqui textus, de actione juratoria loquentes, non distinguant inter Juramentum Judiciale & Extrajudiciale: partim quia textus in l. qui jurasse 26. §. 2. l. ad movendâ 31. in fin. ff. h. t. luculenter ostendunt, Juramentum Judiciale ex conventionione quâdam deferri: ex quo consequitur, quòd actionem & exceptionem juratoriam producat, tanquam inter partes convenerit, ut, quòd juratum est, præstetur. Dissentit cum Lauterbach. Eckold ad h. t. §. 19.

§. IV.

Possitne Jusjurandum Judiciale, semel delatum, & acceptatum, a deserente revocari

157 Hæc questio unâ cum facti specie An nò 1709. Facultati nostræ ad decidendum propòsta, ac, me ad diem 3. Aprilis Referente, sequenti modò resoluta fuit. Pro rationibus dubitandi, & decidendi, quòd revocatio locum habeat, videbatur facere

158 I. textus expressus in l. si quis 11. Cod. de R. C. ubi Imperator Iustinianus, si quis (inquit) Jusjurandum intulerit, & necdum eò prælitio, postea (utpote sibi allegationibus abundantibus) hoc revocaverit: sancimus, nemini licere penitus, iterum ad Sacramentum recurrere. In qua constitutione supponit utique Augustissimus Legislator, Juramentum, antea delatum, revocari posse.

159 II. in eod. textu ulterius sic pergit Imperator: si quis autem Sacramentum intulerit, & hoc revocare maluerit, licere quidem N.B. ei hoc facere,

& alias probationes, si voluerit, præstare, ita tamen, ut hujusmodi licentia usque ad litis sanimoniam terminum ei præstetur.

III. concurrunt variae rationes, ab Ummio, locò mox citandò, productæ: veluti quòd iniquum sit, ut aliquis, alterò invitò, constitutur in causa propria simul arbiter & testis; quòd sacrilegio proximum sit, perjuris aperire januam; quòd Juris recepti sit, licere non tantum in contractibus innominatis penitere per l. si pecuniam 5. in pr. & passim ff. de Condit. causâ datâ &c. sed etiam in cæteris conventionibus, præsertim Judicium respicientibus per text. in l. si convenerit 18. ff. de Jurisdic.

IV. ita sententià Glossa in cit. l. si quis 11. Cod. 161 de R. C. Haunold cit. tract. 4. n. 960. Setferus tract. de Jurament. lib. 4. cap. 6. n. 26. Zoëlius ad ff. h. t. n. 37. Ummius de Proc. cit. disp. 14. hb. 4.

th. 4. n. 28. & th. 11. n. 65. asserens, etiam si per stipulationem convenisset de controversia, Jurjurandò decidenda; adhuc tamen Juramentum delatum revocari posse.

162 Verùm his & aliis motivis non refragantibus, decisum fuit, Juramentum semel delatum, & acceptatum, revocari non amplius posse. Ratio sic decidendi I. desumitur ex vulgata Juris regula, quòd ea, quæ semel deliberatè placuerunt, nequeant ulterius displicere cap. quod semel 21. cap. mutare 33. de R. F. in 6. d. n. 107. ff. eod. præcipuè in Judiciis, ubi quæ semel maturò consilio peracta sunt, fiunt regulariter immutabilia per l. ne quis 1. §. 1. ff. de Ver. l. consensisse 2. in pr. l. ubi acceptum 30. ff. de Judic. ne cum publico detrimento vel lites nimium protelerentur, vel Judicia reddantur elusoria.

163 II. ratio: quòd in conventionibus, reciproco partium consensu roboratis, ab his, quæ mutuò placuerunt, recedere non liceat juxta l. scilicet 5. Cod. de O. & A. Aliàs cum tempore solveretur omne commercium inter homines; nec pactis aliquis valor aut fides constaret contra cap. Antigonis 1. & cap. qualiter 3. de Pact. Quòd autem Juramenti Judicialis delatio habeat vim conventionis, relucet ex n. 156. docentque ex Adversariis Setferus de Juram. lib. 4. cap. 7. n. 2. & seqq. Zöfl. ff. h. r. n. 45. sicque Juramentum, semel delatum & acceptatum, revocari non amplius valet.

164 III. ratio: quòd jus, alicui questum, eidem invito nequeat auferri l. id quod 11. ff. de R. F. Atqui per delationem Juramenti queritur, acceptanti jus, Juramentum, si referre noluerit, præstandiò effectù, ut actionem judicati vel juratoriam adipiscatur. Ergo &c.

165 IV. ratio: quòd, sicut illi, cui Juramentum est delatum, incumbit necessitas, vel jurandi, vel Jusjurandum referendi; ita & deferenti imponi debeat necessitas, vel permitendi, ut alter juret, vel relatum Jusjurandum in sua persona præstandi: nihil enim in conventionibus & Judiciis æquius est, quàm paritatem & æqualitatem respectu utriusque partis servare arg. rubr. & tit. ff. Quod quisque Juris in alium statuit &c.

V. ratio: quòd indecens & inconveniens foret, dare Actori facultatem, Juramentum Reo deferendi, & dum Reus non tantum acceptavit, sed etiam jurare voluit, illud denuò retractandi: sic enim Juramentum contra l. 1. ff. h. r. nullatenùs audiret maximum remedium expediendarum litium, sed potius fomentum dilatandarum litium, & vexandorum hominum: siquidem quilibet, qui dubitaret, an Reus bonè vel malè conscientia litem susceperit ad capiendum experimentum, Juramentum ei deferre, & si adverteret, Juramentum acceptatum esse, revocare posset. Cum autem neutiquàm præsumendum sit, tanta inconvenientia & absurda ab æquissimo Jure tolerari, nedum statui, utpote quod in l. in fundo 38. ff. de R. V. generaliter cavet, malitiis hominum indulgendum non esse: dicamus, necesse est,

Juramentum, semel delatum & acceptatum, irrevocabile fieri.

Quibus rationibus accedit ingens Auctoritas numerus, Mascard. de Prob. consensu, 958. n. 11. Schneidewin ad cit. S. item §. 11. Inst. de Actiou. n. 79. & seq. Heigius Quest. Jur. part. 2. q. 4. n. 14. August. Barb. ad l. 11. Cod. de R. C. n. 3. Brunnem. ibid. n. 6. ubi testatur de communi, Mev. p. 2. decis. 93. Lauterbach disp. Tub. Vol. 3. disp. de relat. Jurisjur. th. 101. & seq. Franzkius ad ff. h. r. n. 91. Stryck de Causel. Juram. p. 3. cap. 2. sect. 1. n. 25. & seqq. Struv. exercit. 17. th. 33. & seqq. Miller ibid. qui Authores ex Bartolo pro cautela commendandè, ut, si is, cui Juramentum est delatum, Juramentum revocationem timeat, illud statim acceptet.

His ita se habentibus, ad I. & II. dubitandi rationem ex cit. l. 11. Cod. de R. C. Responderi potest I. eam intelligendam esse de casu, quò Juramentum solummodò delatum, non verò jam acceptatum est: non enim credibile videtur, quòd Imperator juri tertii, per acceptationem Juramenti questio, derogare voluerit. II. responderi potest: Juramentum Judiciale, jam acceptatum, non simpliciter revocari posse, sed ubi iusta revocandi causa suppetit, qualis esse censetur, si deferens probationes in continenti paratas habeat; atque adeò loco Juramenti, quòd est remedium quasi extraordinarium, ad modum probandi ordinarium per testes aut Instrumenta recurrere velit. Eaque responsio deducitur ex ipsa l. cit. in qua Justinianus statim ab initio, dum de Juramenti revocatione differit, supponit, Actorem aliis modis causam suam probare paratum esse in verb. utpote sibi allegationibus abundantiùs. Quòd ipsum postea rursus decaratur in verb. licet, quidem ei hoc facere, & alias probationes, si voluerit præstare. Cujus responsionis ratio ponitur in perjurio, quòd avertere potest Actor, si probationes in continenti paratas habens, Juramentum revocet.

Ad rationes, in III. dubitandi ratione conglobatas. Resp. I. quòd, cum Actor per delationem Juramenti adversarium suum sponte fecerit Judicem in causa propria, nequeat post acceptationem Juramenti pœnitere: quia, quæ ab initio sine voluntatis, postmodum fiunt necessitatibus l. sicut 5. Cod. de O. & A. ceterò, qui etiam Juramentum, actu jam præstitum, revocare liceret. Resp. II. vel etiam Juramentum jam præstitum dicendum esse revocabile; vel periculo perjurii jam sufficienter præcludi januam, quando deferens Juramentum, & abundantes probationes habens, illud revocare potest. Resp. III. extra contrarium sequi innotatos, quibus Juramenti delatio nequit accesseri, non dari pœnitentiæ locum, sed, quòd semel utrinque placuit, faciendum esse. Neque ex objecta l. si convenerit. 18. ff. de Jurisdict. quidquam eruitur: ibi enim permittitur, quòd partes, quæ Jurisdictionem alieni Judicis in se prorogare voluerunt extra Judicium, mutata voluntate, non possint compelli ad Judicem illum adeundum. Quan-

175
do

do autem prorogatio facta est in Judicio, aut partes Acti Judicis scienti & consentienti se submiserunt, apud eum, sine pœnitentiâ, Judicium finire tenentur per l. consensisse 2. in pr. l.

ubi acceptum 30. ff. de Judic. Brunnem. ad cit. l. si convenerit 18. ff. de Jurisdict. n. 1. In qua explicatione cit. l. non tam officii, quam proficisci intento nostro.

SECTIO IV.

De Jusjurando Necessario.

SUMMARIA.

176. Juramentum Necessarium describitur. 177. Est Religiosa asseveratio. 178. Quam Judex deferri. 179. Ex necessitate. 180. Ubi ex litigantibus. 181. Ob defectum plena probationis. 182. Aliud est Suppletorium; aliud Purgatorium. 183 & seq. Quando Actor semi-plenè probavit, & Reus nihil, Actori deferitur. 185. Dissidentes reselluntur. 186 & seqq. Quando Actor & Reus intentionem suam semi-plenè probavit, deferitur Reo. 189. Aliquitamen volumi, Reum tunc absolvendum esse. 190. Quando Actor intentionem suam plenè probavit, & Reus semi-plenè, neutri Juramentum deferitur. 191. & seq. Quando Actor intentionem suam plenè, & Reus exceptionem semi-plenè probavit, hinc deferitur. 193. Salvare monitum. 194. Præstat regulatior in omnibus causis. 195. Excipiuntur criminales. 196. Ex parte accusatoris. 197. & seqq. Quando agitur ad pa-

nam aliam quàm pecuniariam. 200. Excipiuntur causa matrimoniales. 201. Quando de dissolvendo, non contrahendo agitur. 202. Excipiuntur etiam causa matrimonii spiritalis. 203. Excipiuntur causa Civiles et dæ. 204. Et famosa. 205. Quoad Juramentum suppletorium. 206. Limitatio dictorum. 207. Præstari potest in prima & secunda instantia. 208. Usque ad conclusionem in causa. 209. & seqq. Imò etiam post. 216. & seqq. Uti & post terminum probationum elapsam. 219. Juramentum delatum est necessario præstandum. 220. Aliàs recusans pro confessi habetur. 221. Post Juramentum sequitur sententia. 222. Et datur actio. 223. Judicari. 224. Aqua potest appellari. 225. Ita ut, secusnam aliquis, non transeat in rem judicatam. 226. & seq. Quorum opinionem refutat Ummius. 228. Et monitum evertit.

§. I.

Quid & quotuplex sit Jusjurandum Necessarium?

De natura Juris, sect. 281. de voluntate, Judiciali, sect. 281.

176 Post Juramentum Voluntarium in disquisitionem venit Necessarium, propterea sic dictum, quòd necessario præstandum sit; ac communiter definitur, quòd sit Religiosa asseveratio, quam Judex uni ex litigantibus ob defectum plena probationis defert.

177 Dixi I. Religiosa asseveratio. Ex quibus terminis patet, Juramentum Necessarium generice cum Voluntario convenire.

178 Dixi II. quam Judex. Ubi una differentia inter Juramentum Voluntarium & Necessarium subindicatur: cum Voluntarium voluntate partium; Necessarium autoritate Judicis, tum Ordinarii, tum Delegati, tum Compromissarii, immediatè deferatur l. admonendi 31. ff. h. r. l. in bona 3. l. generaliter 12. in pr. Cod. de R. C.

179 Altercantur DD. an Judex teneatur Juramentum Necessarium deferre parti, etiam non petenti? Varii variè respondent apud Ummium cit. disp. 14. th. 13. n. 72. Ego cum Abbate ad cap. ult. §. sane h. r. n. 15. & eodem Ummio simpliciter affirmo propter text in l. in bona 3. Cod. de R. C. & oportet: Esto enim officium suum Judex aliàs non impertiarit, nisi rogatus fuerit; hic tamen ipsa officii necessitas Judicem urgere videtur, ut, integratà probatione, controversiæ finem imponat. Subscribit Lauterbach h. r. §. 73. Gonzalez in cap.

sicut de Prob. n. 5. D. Franz d. q. 19. num. 113. Stryck de Causel. Juram. p. 3. sect. 3. cap. 6. n. 30. & seqq.

Dixi III. uni ex litigantibus; qui nimirum intentionem suam semi-plenè probavit, sive Actor sive Reus sit, sicut dicemus in §. seq. Dummodò illa persona legalis ac talis sit, quæ mereatur fidem: quæ enim ex cap. s. a. n. 7. est inhabilis ad testificandum in aliena causa, à fortiori erit inhabilis ad testimonium, per Juramentum in propria causa dicendum: cum ergarem propriam, quàm alienam, impensiore affectu ducamur. Ummius cit. l. th. 14. n. 79.

Dixi IV. ob defectum plena probationis defert. Debet itaque ab eo, cui deferitur Juramentum Necessarium, probatum esse, & quidem semi-plenè, vel plusquàm semi-plenè: nam si minus quàm semi-plenè sit probatum, subintrat regula ex cap. ult. §. sane h. r. Actor non probante, Reus absolvi; vel saltem non Actori, sed Reo Juramentum deferri.

Dividitur Juramentum Necessarium in Suppletorium & Purgatorium. Suppletorium est, quòd Judex deferit parti, quæ semi-plenè probavit, ad integrandam probationem. Purgatorium est, quòd Judex deferit parti, suspicionibus & præsumptionibus gravatæ, ad purgandam suam innocentiam.